



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Confessio Fidei Exhibita Invictiss. Imp. Carolo V. Cæsari  
Aug. in Comicijs Avgvstæ. Anno M. D. XXX.**

**Melanchthon, Philipp**

**Viteberga, 1542**

**VD16 C 4714**

V.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35748**

P R A E C I P V I .

historiae , Ideo Christus passus & resuscitatus est.  
ut propter ipsum nobis donarentur remissio pec-  
catorum & uita æterna .

V.

Itaq; instituit Christus ministerium docendi  
Euangelij, quod prædicat pœnitentiam & remissi-  
onem peccatorum . Estq; utraq; prædicatio uni-  
uersalis, Omniū peccata arguit, & omnibus credē-  
tibus promittit remissionē pectorū, ut non sit incer-  
ta remissio, sed ut omnes perterrefactae mentes, sci-  
ant se debere credere , q; certo donetur ipsis re-  
missio peccatorum propter Christum, non propter  
ipsorum merita, aut dignitatem. Hi omnes certo  
consequuntur remissionem peccatorum. Et cum  
hoc modo consolamur nos promissione scū Euang-  
elio, & erigimus nos fide, simul datur nobis spi-  
ritus sanctus. Nam spiritus sanctus datur & est ef-  
ficax per uerbum Dei & per Sacra-  
menta tractamus, & fide nos consolamur, simul est  
efficax spiritus sanctus, iuxta illud Pauli ad Galas-  
tas tertio , Ut promissio ex fide Iesu Christi detur  
credentibus. Et ad Corinthios, Euangelium est mi-  
nisterium spiritus. Et ad Roma. Fides ex auditu

b est.

## ARTICVL I FIDEI

est. Cum igitur fide nos consolamur, & libera-  
mur a terroribus peccati per spiritum sanctum,  
concipiunt corda ceteras uirtutes, agnoscunt uere  
misericordiam Dei, concipiunt ueram dilectionem,  
uerum timorem Dei, fiduciam, spem auxilij diui-  
ni, iuuacionem, & similes fructus spiritus.

Damnantur illi qui de hac fide qua remissio  
peccatorum accipitur, nihil docent, sed iubent con-  
scientias dubitare, an consequantur remissionem.  
Et addunt hanc dubitationem non esse peccatum.  
Item, docent homines consequi remissionem pec-  
catorum, propter propriam dignitatem, non do-  
cent, credendū esse, q̄ gratis propter Christum,  
remissio peccatorum donetur.

Damnantur item fanatici spiritus, qui fins-  
gunt spiritum sanctum dari, aut efficacem esse, sine  
uerbo Dei. Et ob eam causam contemnunt ministe-  
rium Euangelij & Sacramentorum, & querunt  
illuminationes sine uerbo Dei & extra Euange-  
lium, atq; ita abducunt animos a uerbo Dei, ad  
proprias opiniones, quod est perniciosissimum. Ta-  
les olim fuerunt, Manichæi, Enthusiastæ, & nunc  
sunt Anabaptistæ. Huiusmodi furores constanter  
damna-

PRÆCIPVI.

damnamus, Abolent enim uerum usum uerbi Dei  
& falso somniant sine uerbo Dei accipi spiritum  
sanctum, & freti suis opinionibus comminiscun=  
tur impia dogmata, & efficiunt infinitam diſipa=  
tionem.

VI.

Item docent, quod cum fide reconciliatur,  
necessario sequi debeat iusticia bonorum operam,  
quæ Deus nobis mandauit, sicut & Christus pre=cepit. Si uis in uitam ingredi, serua mandata. Sed  
quia tanta est infirmitas humanae naturæ, ut nemo  
legi satisfacere posse, necesse est docere homines,  
non solum quod legi obediendum sit, Sed etiā quo=modo placeat hæc obedientia, ne conscientiæ inci=dant in desperationem, cum intelligunt se non sa=tisfacere legi. Placet igitur hæc obedientia, non  
quia legi satisfacit, Sed quia persona est in Chri=sto reconciliata fide, & credit sibi reliquias pec=cati condonari. Semper igitur sentiendum est, nos  
consequi remissionem peccatorum, & personam  
pronunciari iustum, id est acceptari gratis prop=ter Christum, per fidem. Postea uero placere eti=am obedientiam erga legem & reputari quandæ  
iusticiam, & mereri premia. Non enim potest con  
b ij scientiæ